

Christoph Martin Burchard

**Programma Paschale, Qvo Mart. Christoph. Burchardi, Academiæ Rostochiensis
Hodie Rector ... Anno MDCCXXI. Studiosam Juventutem ad probe meditandam
Resurrectionem Christi, qvæ Causa Est Resurrectionis Nostræ, Officii & pietatis
causa serio excitare voluit**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1721]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003997538>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1721. Ostern.

~~A-1256.~~¹⁶⁷

Obl. 1721

PROGRAMMA
PASCHALE,
QVO
MART. CHRISTOPH.
BURCHARDI,

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS HODIE
RECTOR,

MEDICINÆ D. ac PROF. PUBL. ORDINARII
& CIVITATIS ARCHIATER

Anno MDCCXXI.

Studioſam Juventutem
a i probe meditandam



RESURRECTI-
ONEM CHRISTI,


CAUSA EST RESURRECTIO-
NIS NOSTRÆ,

*Officii & pietatis causa serio
excitare voluit.*

ROSTOCHII,

Typis Joh. Wepplingi, SERENISSIMI PRINCIPIS
& ACAD. Typogr.

M. 1258 162



Fflagitat temporis præsentis amœ-
nissima facies, ut invisibilia Omnipotens,
etiam a creatione mundi operibus intelle-
cta perspiciamus, aeternamque potentiam
& Deitatem Numinis viventis, quod fecit
& conservat cœlum & terram & mare &
omnia, quæ in illis sunt, & quod sine te-
stimonio le ipsum nullibi reliquit, quæra-
mus, lmo palpeamus ac inveniamus: Sed tamen & nobis longe sub-
tilior divinorum facinorum panditur meditatio, si ad stupendum.
Istud Mysterium incarnationis & mortis Christi salutifere, illamq[ue]
consequentis glorioſissimæ resurrectionis, oculos animosque nostros
pie ac fideliter applicuerimus, in hunc finem, ut venerari anhelemus
Ducem vitæ, qui posuit animam suam a seipso & habuit potestatem
ponendi animam & rursus accipiendi eandem; exinde etenim diman-
nat ad nos resurrectionis immota certitudo & restitutionis corporum
nostrorum gloria ſpes: Non equidem fugit nos, vel iplis Gentilibus
resurrectionis aliqualem, probabilem ac generalem constitisse notitiam,
etiamſi namq[ue] ex ritu humandi mortuos, ex conſuetudine exequia-
rum, ex ſepulchralibus titulis, ex venditatis Elysii campis, ex mani-
bus aut ſponte redeuntibus aut arte evocatis, ex Sibyllarum carmini-
bus & testimonio Orphei ac plurium Poëtarum ac Philosophorum nil
ſecurum ac demonstratu facile hauriatur, præterquam forte, quod
non omnes resurrectionem corporum ceu impossibilem omnino judica-
verint; ſuperfuerunt tamen argumenta ſatiſspeciosa, a sanctitate & ju-
ſitia Numinis deſumpta, quæ, quoque Juris Naturæ doctrina ascen-
derit, liquido explicuerunt, ut non vanis dicteris, ſed exacta illatione,
concludere moliti ſint: Ex orbe habitabili, plures ſcelesti & poffimæ
indolis homines impune abierunt & obierunt, multi vero qui pie-
tati ſtuduerunt, abiverunt, poſtq[ue] ſexcentas ſubiviffent cala-
mitates: Si ergo justus eſt Deus, ubinam hiſ quidem premia, illis
vero ſupplicia tribuet, ſi non eſt gehenna, ſi non eſt resurrectio. Ac-
cedunt & rationes aliae, quibus met iplis firmius persuasi ſunt de poſſi-
bilitate hujus reſtitutionis, ſic dum demonstratione quadam orbis uni-
verſi ortum ad potentiam iſtius entis reſulerunt, quod cum universo
h[ab]et

hocce nullam essentie aut proprietatum communionem aferet, perquam
facile non minus persuadebantur, eadem illa Pantocratoris immensa
virtute, quodcumque in decursu temporum ceciderat, reduci posse; dum
formationem hominis in utero a socialium causarum coitu consumma-
ti persentiscent, illuc ad ea, quae longe magis summus Plastes efficere
valeret, fiducia quadam ascenderunt, & quamvis imbecilioris essent
momenti, quae de Phoenicis exemplo fabulati sunt, aut ex instantia ar-
borum atque plantarum, quae hyberno tempore videntur intermortua &
cum vere renovantur, attulerunt, ut de similitudinibus somniac resu-
scitationis, sigulorum item & officinæ vitriariae, nil prolixius urgeam.
Id tamen ex singulis his abunde dispalescit, saniores istiusmodi Gentil-
lium, ad destructionem sui pavidos, in voto restitutionis, & possibili-
bus & sperandæ, tenaci sapienti consilio & curis non omnimodo conte-
mnendis exercitos fuisse. Cum & jam inter istos, reperti sint sagacio-
ris judicis Doctores, quibus semina vegetabilium illustrius quoddam
suppeditaverunt documentum, unde analogia expressiori, ad resurrec-
tionem corporum etiam mortuorum & humanorum inducti sunt, quid
ergo mirum, si Christianorum etiam plures, symbola α·ω·σ·α·σ·ε·ω·ς,
ex regno naturæ, scrutari consueverunt, ut, qui oculis & experimen-
tis aliis, quorum prærogativa orbis noster cluit, sagaciter adverterunt,
ex putrefacto semine pulcherrimam plantam, ex cinere clarum sal,
ex collaquefacta arena, quin ex singulis ferme metallis ni-
tidum ac pellucidum vulturum, ex putrescente tellure lucidum &
crystallinum nitrum suboriri, ad tertium quoddam, in capite resurrectio-
nis, se nec frustra manuductos fore opinarentur? Imo, quis non ob-
stupesceret ad insperatum naturæ lusum, miraretur insolita ista, quan-
do gloriari multos comperit, de Palingenesia & resurrectione com-
bustarum Plantarum, ex cineribus suis? Non potuit non avidis scruti-
niis digeri Programma istud aureum Per-Illustris ac Generosissimi DO-
MINI FRANCKEN a FRANCKENAU, Equitis quondam Romani
& Comitis Palatini, Danie demum Regis Consiliariae Justitia & Arctia-
tri longe Celeberrimi, cui postmodum titulus: *Palingenesia Francica*
tribuebatur, & quod Anno MDCCXVI, Reverendus Dominus JOH.
CHRISTIANUS NEHRING, Pastor in Mörl, Mederau & Beidersee
in linguam Germanam translatum, edidit. Ibi siquidem adductos
vidimus Autores, quibus artificium istud probabile, quin verum duce-
batur;

batur ; ibi Paloni cuiusdam mentio facta ; qui ex cineribus rosæ, calthæ, papaveris rubri, sativi & guttati, plantas has admirabili specie produxit ; Ibi Gallorum aliquis Formentiera de Luynes laudatur, qui ex urticæ cineribus, in lixivia congelata, totam repræalentavit plantam, quin & de alijs ibidem recensita plura leges ; Ibi de cineractis cancris & bufonibus, de cancris ex anatum, & de luciis & carpionibus ex ardearum, imo de plantis plurimis ex animantium stercore singularia cognoces, atque principium insimul ac processum hujus insolite operationis coram habebis, ut tamen, si Christianus es, cum Celeberrimo Autore, ad iras & detestationem merito commovearis, simulac Borelli, & has quidem nærias legeris : Also wird ein jeder einen Kräuter-Garten in Phiolengläsergen verschlossen, in seiner Schlafkammer mit seinen Überschriften bey sich behalten können / so gar das eine jede Pflanze die man nur wünschen möchte auch ohne Pflanzung/nach Belieben mit eigenen Farben sich zeigen mag. Und was noch mehr zu verwundern ist, so wird auch dieses bey Thieren angehen. Du wirst einen Kasten Noā in deiner Studir-Stube haben. Aber/worüber man erstaunen wird/ so wird dasselbe auch angehen mit Menschen/ und du wirst in den Phtol.-Gläserchen / durch eine erlaubete necromontie deinen Vater/ Groß-Vater/ Alter-Groß-Vater/ und dein ganzes Geschlecht, ja die alten Nömer / Hebräer / und wenn du nur willst/ ohne Zaubererey/nach deinem Belieben herzubringen/ mit ihren eigenen Gestalten/ wenn dunur ihre Asche oder Knochen behalten hast/ und andere noch grössere Dinge welche ich dafür halte/dass man sie noch nicht offenbahren dürfse. Non miscet curiosus nimis, istiusmodi experimentis, cui id satis esse potet, quod indagatores naturæ, etiam peritissimi, prætexta ac prætensa hæc in dubium vocaverint & fortuita, vana, falsa, successus expertia, absona, imo diabolica judicaverint, nisi forte apud alios probilia multa hujus causæ adinvenisset documenta, quibus, quoque sanior superest praxis, eo minus contrarius esse volo, quo magis iterum verosimilia hæc àræbasit istam confirmant, ut confidenter & denuo decidamus : Si in natura ipsa & processu chemico laudabili, introducta, institutionem qualem cunq; develant, quis ergo de omnipotentia Numinis ambigeret ? Non etenim verum in his singulis adesse resurrectionis exemplum, confitebuntur illi, qui cum Thoma Browae presupponunt, in combustis plantis, esse

essentias & formas , ut loquitur non perisse, sed occultari demum easdem in partibus incombustilibus ; ibide mque latere ac asserti adversus grassantem flammat , & Paracelsus , quam speciosis etiam verbis istiusmodi Palingenesiam , ut magnum & altum mysterium , quod magis Divinum & Angelicum quam humanum & naturale sit , depraedicaverit , dum tamen distinguit inter mōri ac interficiantur Sterben und Tōdten / & opinatur ininterfectis & truculenter perditis artificium suum valere , quia in iismodi plantis & vegetabilibus , quæ violenter pereunt , balsami adhuc multum supererit , in mortentibus vero ac intereuntibus tale quid nil superesse , quæ potius ad Providentiam divinam , ceu purā cadavera putrefiant & pessum eant , ut sic naturali modo nunquam resuscitari possint , eo quidem ipso in partes nostras manifesto transit , quando ad revelata Codicis , singula hactenus exhibita , si quid in iis esset , nil nisi umbram quandam habeamus , quæ resurrectionem hominum nequidem in certio quodam exasciate referret , eo quod illa corporum penitus intereuntium & emortuorum sit restitutio atque non nisi per omnipotentiam immensi Numinis parari ac effici possit . Hoc etenim solum incorruptibile jubebit prodire id , quod cecidit , valore locorum Gen . XLVII . 30 . Deut . XXXI . 16 . 2 . Sam . VII . 12 . Job . XIX . 25 . sq . Es . XIV . 8 . LVI . 22 . f . Ezech . XXXII . 19 . f . XXXVII . 1 . f . Dan . XII . 2 . Matth . IX . 24 . XXII . 16 . Joh . V . 25 . 28 . 29 . XI . 11 . Rom . IIX . 11 . I . Cor . XI . 30 . XV . 22 . I . Thess . IV . 13 . 2 . Petr . III . 4 . &c .

Et hæc est fides nostra Cives O . O . Aestimatissimi , quam sancte tueri ac pie meditari religio exigit nostra : præcipue itidem docens atque demonstrans , quod Omnipotens iste resuscitationis actus & causuliter & meritorie Redemptori nostro gloriosissimo sit vindicandus , audient namque Mortui vocem Filii Dei , & qui audient , vivent . Jo . V . 25 . sicut & Deus Pater Christo dedit potestatem judicij faciendi , quia filius hominis est 27 . ut tam mortuis , quam viventibus dominetur , Rom . XIV . 9 . ita is ipse Dominus cum celestis mate , in voce Archangeli & tuba DEI descensurus est de cœlo & mortui in Christo resurrecturi primo , deinde nos viventes , qui (ita) relicti , una cum illis rapiemur , (demum) in nubes in occursum Domini in aera & sic erimus semper cum Domino . I . Thess . IV . 16 . 17 . , in quam fiduciam asseruit nos Salvator dulcissimo suo dictorio : Ego sum resurrectio & vita , qui credit in me , & si moriatur , vivet . Jo . XI . 25 . In nænas atque fabulas abi-

It diu commentum istud Fanaticorum de resurrectione sua prima & millenario, theatralibus adhuc garris decantato, in quo Christo visibili-
ter redeunte & regnante, & pils quidem solis hunc in finem resuscitatis,
hos cum capite suo supplantaturos esse jactant omnes incredulos atq;
impios, in mundo & ante extremum judicium, eo usque aut trucidan-
dos, aut in regiones dissitas longius dissipandos, ut interea cessante Ma-
gistratu Ministerio ac omni ordine hactenus civili, aureo per omnia se-
culo, paradisiaca latitia & gloria perpetua conversatione cum DEO
& sanctis ejus Angelis, indivisi nec unquam amplius diveilendis nexi-
bus sint fruituri; Nos certe in consensum non trahent novorum
commentorum hi futilis artifices, qui, si prima quædam resurrectione, ad
præscriptum Sacri Codicis docenda foret, Christum primum scimus, qui
vincula mortis rapit ac tertio die resurrexit 1. Cor. XV. 4. conf. cum
locis Gen. III. 25. XII. 3. Act. III. 26. conf. Ps. II. 7. adde.
Act. XIII. 33. El. LIII. 8. 10. 11. LV. 3. s. Dan. VII. 14. Hof. VI. 2.
XIII. 14. Et virtute hujus resurrectionis non modo Henochus & Eli-
as, qui tamen uterque analogum quid mortis sensit, cum his, qui
exierunt e monumentis suis post resurrectionem Christi, sanctam ur-
bem ingressi sunt ac multis apparuerunt, Matth. XXVII. 53. revera
ad coelestem patriam migrarunt, sed & nos ex Symbolo Apostolico
credimus resurrectionem mortuorum: Interea, cum resurrectione prima
ad fidem Bibliorum nil sit, nisi regeneratio & translocatio hominum
e statu iræ ac regno Diaboli in statum gratiæ & Regni Fili I DEI, hinc
nostrum erit, ut attendamus ad sincera monita Pauli: Hoc scientes,
scil. tempus, quod hora sit, ut nos jam e somno resurgamus; nunc enim
propius nostra salus est, quam quando credidimus. Nox transit, dies
autem appropinquavit. Deponamus ergo opera tenebrarum & indu-
mus arma lucis. Sicut in die composite ambulemus, non comedatio-
nibus & ebrietatibus, non cubiculis & protervijs, non contentione &
zelo, sed induamus Dn. Iesum Christum, & carnis providentiam faciamus,
ut tamen id non faciamus ad concupiscentias Rom. XIII. 11. s. propterea
namq; ad Ephesios C. V. 14. scripsit: Expergiscere, qui dormis, & surge ex
mortuis, ut illucescat tibi Christus. Meditamini ergo sanctum hunc resur-
rectionis Christi & nostrum nexum, quo inductos monere potuit Colosse-
nes, dicendo: Consepulti estis cum Ipso in baptismate, in quo etiam una
resuscitati estis per fidem efficaciam Dei, qui resuscitavit ipsum ex mortuis

&

& vos , cum essetis mortui in lapsibus & præputio carnis vestrae , una
vivificavit cum Ipsi , condonans vobis omnes lapsus ; dum delevit , quod
contra vos erat , chiragrum dogmatibus ; quod erat contrarium vo-
bis & illud sustulit e medio , affigens illud cruci , exuens simul principa-
tus & potestates , ostentando palam & triumphans de illis per seipsum
Col. II. 12. s. Hæc singula vestra quoque facta sunt brabæa , si igitur
consurrexisti cum Christo , quæ sursum sunt , quærite , ubi Christus est ,
in dextra Dei sedens , quæ sursum sunt sapite , non quæ supra terra .
Mortui enim es et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo . quan-
do autem Christus manifestabitur , vita nostra , tunc etiam vos cum ipso
manifestabitur in gloria . Mortificate itaque membra vestra , quæ su-
per terra sunt , seorsum nimis , immundiciem , passionem , concu-
piscientiam malam & avaritiam , quæ est idolatria , propter quæ venit
ira Dei super filios incredulitatis . Deponite , omnia , iram , exaudienti-
am , malitiam , blasphemiam , turpiloquium ex ore vestro , ne mentimini
contra vos invicem , exuentes veterem hominem , cum actionibus ejus , &
indumentes novum , qui renovatur in cognitionem , secundum imaginem
ejus , qui creat illum . Indulste ut electi Dei sancti & dilecti visceris misera-
tionum , benignitatem , humilitatem , mansuetudinem , longanimitatem , ita
ut vos invicem toleretis & condonetis vobis ipsis , si quis contra alterum
habeat queralem . Sicut Christus condonavit vobis , sic etiam vos .
Col. I. 1. s. Exultetis magis in resurgentis ac triumphantis Joelis nostræ
gloria & ad cœlum ascendant Ecclesiae jubila : Robur meum & canti-
cum meum est Jehova , factus enim est mihi in salutem . Vox jubili &
salutis sit in tentoribus justorum , dicendum , dextra Jehovæ fecit fortitudi-
nem , dextra Jehovæ exaltata est , dextra Jehovæ fecit fortitudi-
nem , non moriar , sed vivam & annunciaro opera Jehovæ , castigando
castigavit me Jehova , sed tradidit me non morti . Aperite mihi portas
justitiae , intrabo enim per eas & confitebor Jehovæ . Hæc est porta , quæ
Jehovæ : justi intrabunt per eam , confitebor , tibi , quod respondisti mihi
& fuisti mihi in salutem . Lapis quem rejecerunt architecti , factus est ca-
put anguli . Acum Jehova factum est hoc , illa est mirabilis in oculis
nostris . Hic est dies , quem fecit Jehovah , exultemus & lætemur in eo
dicentes : quæsumus ! Jehovah serva , quæsumus : Jehovah prospera ,
quæsumus ! Benedictus , qui venit in nomine Jehovah . Psalmus
CXXIX. 14. s. Sic Redemptor vero lapis angularis & pretiosus iste non
jacebis

jacebit in casum , sed in resurrectionem vestram . Luc . II . 3 p . Refri-
cate conscientiis vestris tragicos illos casus , dum $\omega\pi\chi\epsilon\rho\pi$ doluiimus
utriusque civitatis , & adhuc melancholicos proh ! inter nos , non sine
anxia passione cognoscimus , quibus dum sapere datur in multis , si non
omnibus reliquis , in uno tamen ad satuitatem ac deliria abripitur
male sana mens , quam metuo & in istis atque illis prævaluuisse phi-
lautiam & superbientis extuationis irritationem , cui non cito satis
ac constanter obvenire voluerunt , ad vulnera Redemptoris , fidem ejus
& indulta salutifera media refugientes ; Non siquidem male *Thucydides*
scriptis : Omnes homines postquam privantur illa re , qua antecellere viden-
tur , reliquis viribus postea minus confidunt , aut si primo præter opinio-
nem frustrantur spe sua , de illa re , qua maxime confidebant , postea
langvidiores fiunt , quam pro viribus . Vos itaque qui vivitis , qui sa-
pitis , propter animam vestram , ubivis ut rationem vestri sincera-
habeatis , fervens mea & in salutem vestram ardens est admonitio ,
non cessat Diabolus , non cessat vestra caro , abs utroqve no-
bis minæ , machinationes & mors spiritualis imminent , unusquis-
que proinde ut cum Gregorio magno concludam , diligenter inspici-
at , & quamdiu in hac vita est , contra spirituales inimicos in acle sepo-
situm sciat , nec mercedem , quam per has actiones colligit , per alias
amittat , ne hinc hosti fores obstruat , & aliunde a litum pandat . Si quis
etenim civitas contra insidiantes inimicos magno valletur aggere forti-
bus cingatur muris , ex omni parte insolni muniatur custodia : unum
vero in ea foramen tantummodo immunitum per negligentiam relin-
quatur , inde procul dubio hostis ingreditur , qui undique exclusus vide-
batur . Phariseus namque ille , qui in templum oratus ascendit , civi-
tatem mentis suæ quanta munitione vallaverit , audiamus : jejuno bis
in sabbatho , decimas do omnium , qvæ possideo : Qui præmisit , gratias
ago Tibi ! magna certe munimina adhibuit . Sed videamus , ubi insi-
dianti hosti immunitum foramen reliquit : Quia non sum sicut pu-
blicanus iste . Ecce civitatem cordis sui insidiantibus hostibus
per elationem aperuit quam frustra per jejunium &
eleemosynas clausit .

Publicatum sub Sigillo Universitatis Ipsa Feria resur-
rectionis Anno MDCCXXI.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003997538/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003997538/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003997538/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003997538/phys_0012)

DFG

Et vos , cum essetis mortui in lapsibus & præputio carnis
 vivificavit cum Ipsi , condonans vobis omnes lapsus ; dum
 contra vos erat , chiragraphum dogmatibus ; quod erat co-
 bis & illud sustulit e medio , affigens illud cruci , exuenis sum-
 tus & potestates , ostentando palam & triumphans de illis
 Col. II. 12. s. Hæc singula vestra quoque facta sunt brabæ
 consurrexisstis cum Christo , quæ sursum sunt , qvarite , ubi
 in dextra Dei sedens , quæ sursum sunt sapite , non qvæ
 Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo
 do autem Christus manifestabitur , vita nostra , tunc etiam v-
 manifestabimini in gloria . Mortificate itaque membra ve-
 per terra sunt , seorsationem nimium , immundiciem , passio-
 piscentiam malam & avaritiam , quæ est idolatria , propte-
 ræ Dei super filios incredulitatis . Deponite omnia iram , ex-
 am , malitiam , blasphemiam , turpiloquium ex ore vestro , ni-
 contra vos invicem , exuentes veterem hominem , cum actione
 induentes novum , qui renovatur in cognitionem , secundum
 ejus , qui creat illum . Induite ut electi Dei sancti & dilecti visio-
 nium , benignitatem , humilitatem , mansuetudinem , longani-
 vitatem vos invicem toleretis & condonetis vobis ipsis , si quis con-
 habeat querealem . Sicut Christus condonavit vobis , sic
 Col. I. 1. s. Exultetis magis in resurgentis ac triumphantis
 gloria & ad coelum ascendant Ecclesie jubila : Robur meu
 cum meum est Jehova , factus enim est mihi in salutem . V-
 salutis sit in tentoribus justorum , dicentur dextra Jehovæ feci-
 nem , dextra Jehovæ exaltata est , dextra Jehovæ feci-
 nem , non moriar , sed vivam & annunciaro opera Jehovæ
 castigavit me Jehova , sed tradidit me non morti . Aperite
 justitiae , intrabo enim per eas & confitebor Jehovæ . Hæc est
 Jehovæ : justi intrabunt per eam , confitebor tibi , quod respo-
 sisti mihi in salutem . Lapis quem rejecerunt architecti , f-
 put anguli . Acum Jehova factum est hoc , illa est mirabilis
 nostris . Hic est dies , quem fecit Jehovah , exultemus & laet-
 dicentes : quæsumus ! Jehovah serva , quæsumus : Jehovah
 quæsumus ! Benedictus , qui venit in nomine Jehovah
 CXIX. 14. s. Sic Redemptor vero lapis angularis & pretio-

